et haeredibus nostris in eadem curia et horto iuris dominij proprie-
tatisq reseruando sed illud totum in eundem Magcum Cancellarium
eiusq successores transfundendo, ad tenen, haben, possiden, utifru-
en, dan, donan, venden, permutan, alienan, obligan, et in quosuis
usus suos suorumq succesorum convertendi temporibus perpetuis.

Libertatio ab officio

Sigismundus etc Scimus etc

Quia nos comendatum habentes Hlem et Famatum Mel-
chiorem Hesler Scabinum Crac tum vero eius aetati laboribus
assiduis et curis non minus publicis, quam privatis exhaustae
et provectae consulere volen eum hac nostra praerogativa muniendum
esse existimauimus, munimusq, ut siue is in Sede Scabinali in qua
ad praesens residet longius permanserit, siue eam superueniente
noua Scabinorum electione deseruerit nulla munia vel officia ciui-
tatis nostrae Crac tam consulatum post quam Scabinatum inui-
tus subire et suscipere teneatur, a quibus omnibus ipsum ex gratia
et munificentia nostra perpetuo absoluimus et liberamus. Quare
Illri et Magco Nicolao Firley Palatino Crac moderno et alijs pro
tempore existen Palatinis Crac necnon Spectabilibus Proconsuli et
consulibus ciuitatis Crac nunc et pro tempore existen mandamus ne eun-
dem Melchiorem Hesler ad ulla officia ciuitatis inuitum eligant
vel cogant, sed eum quandoquidem ita vult sic privatum ciuem
donec vixerit esse sinant. [illegible] etc

Mandatum poenale

Sigismundus etc

Famatis Proconsuli et consulibus Aduocato et Scabinis Ci-
uitatis nostrae Leopolien Fid. nobis dilectis gratiam nram. Egre-
giam Famati Fid. nobis dilecti, non sine graui querella ex-
positum nobis est nomine et ex parte Famati Joan. Wrigeht
Angli ciuis Leopolien, quod is ex eo quo illi cum Generoso
Constantino Corniacto occasione certorum contractuum interce-
dit dum eidem Constantino pro panno quod illi ex contractu
debebat alias merces et bona subsidio iuris Saxonici offert
atq decreto Fid. vrarum eo nomine lato ad nos provocat et
apellatio denegata, et ille a biennio fere detentus et carceribus